Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26482
Copyright: Admont, Benediktinerstift



49

operatione uirtutum. Delectatio namque illius talis erat
in hilaritate carque. sicut de beato iob legimus.
quod non cadebat lux uultus eius in terram. quia nimirum
in tanta grauitate uultum tenere consueuerat. ut
numquam contemptibili leticia resolueretur. sed quotiens
cumque hilariorem se presentibus exhiberet. certa semper
hoc causa utilitatis eque faceret. Ita et hic sanctus
religiosa grauitate discretius in omnibus non uanitatis
iactantia hoc uel dissolutionis agebat. sed ut dei
ostenderetur collata sibi gratia. et ad eius morem ac fidem
qui mirabilis in sanctis suis seruos suos multimodis
consolari et mirificare dignatur. suque corda excitarentur.
et illius seruitii se propensius manciparent.

Accidit autem quodam tempore cum pastorali soller 4
tia ex more parrochias circuiret. et si negli
gentem aliquid in diuinis cultibus ageretur. fidelis xpi
seruus agnosceret. et ut bonus agricola que in
culta erant ad bone operationis fructus proferendos
excoleret. ad uicum cui uocabulum est calmitiacus
peruenit. Vbi dum quidam cecus per interualla temporum